

Critique de la théorie

45

1° Contradiction. Nier le bonheur, et en faire une théorie.

2° Question mal posée par l'antiquité : du souverain bien. Ils ne divisaient pas cette question. Elle était insoluble. Des deux éléments dont se compose le souverain bien, les épicuriens en ont pris un, les stoïciens un autre, ils se sont trompés tous les deux.

3° Confusion perpétuelle par les stoïciens du bien et du bonheur. Pour le bien, la liberté suffit, pour le bonheur, non, il faut encore des choses extérieures, des désirs et affections, des biens. idée de l'élite

4° Cela est si vrai que les stoïciens se sont contredits. Voyez Sénèque. Il pose inflexiblement la suffisance de la raison et de la vertu. Venez au détail. Contradiction. Cela propre seulement au sage, mais nous, nous ne sommes pas sages. Donc morale non pratique. La vertu sur son piédestal. Mauvaises raisons de Sénèque.

5° à quoi a tenu cette erreur des stoïc. sur le bonheur ? à une idée juste, mal appliquée. L'idée du mérite et du démérite. Rapport de principe à conséq. non de cause à effet. Ils ont cru que immédiatement réalisée. Là est leur erreur.

6° Véritable doctrine sur l'épreuve. L'épreuve. et Dieu. Non la vertu n'est pas un nom. Brutus.

7° Ce qui a manqué aux stoïciens, l'espérance, l'affection et Dieu. Qu'est leur providence ? leur Dieu ? leur avenir ?

8° Ce qui a manqué à Sénèque, outre cela, une âme ferme, et une volonté inébranlable. ~~Il a su mourir~~ Remarquez cependant qu'il y a du grand dans cette morale. Sénèque n'avait pas su vivre — il a su mourir.

Victor
Jarez de Néron

34 3

du Bonheur selon Sénèque.

—

J. Simon – 53 : 60 – 45

—

Le bonheur, c'est l'honnête.
Définir l'honnête (la nature – la raison – la liberté)
comment conserver la liberté ? (annuler la passion)

C'est là le vrai bonheur) le seul : 1° | démonstration – un homme est appelé bon qd il est vertueux sans richesse – le contraire n'est pas vrai – 716

2° – le bonheur stoïcien ardé arrassé des tribulations de la passion. # tout entier (672)
Étrange bonheur, qui est l'impossibilité
Le bonheur fuit le plaisir. (la main brûlée) 13 de vita beata
Confusion de la liberté et du bonheur. (59)
image du bonheur du stoïcien au milieu des
715 tortures # il n'a craint rien – il n'espère rien
le désir du bonheur mène au suicide – (60)
contradiction : 1° rend les passions – si vis amari, ama – (XVI. vit. 6.) – bénéficiaire de
permet beaucoup de choses – mais l'ivresse
– se défend de ses richesses.

Rotum bonum esse cum virtute, nullum
certe sine virtute (663
Cætera bona adultera sunt
habet virtus numeros suos, plena est

F

Quænam sit de beate vivendi ratione doctrina apud Annæum Senecam exposita

Quid de vita beata senserit Annæus Seneca

Quæ de beata vita scripserit Annæus exponere, expositaque judicare, quidque in iis probabile, quid censura dignum sit disceptare, nobis haud sine fructu quodam fore visum est, quum primum Stoicorum fere totam doctrinam ~~summam~~ moralem in ea quæstione quasi inclusam teneamus; quum deinde in exemplar proferri possit Annæus, ut scriptis simul et vita probet qua ~~philosophorum~~ Stoici ~~philosophia moralis~~ magna professi, dicam, nimia labantur et corruunt ~~labantur et corruunt~~ ~~parum~~ ad ~~ad~~ principium altitudinem conquirant.

Hujus quæstionis materiam quum ex libro de beata vita inscripto, tum ex epistolis ad Lucilium ita ~~sedule~~ collegimus, ~~ita~~ non ut cum vaganti duce ~~erraremus~~ vagantes, eumque per orationis ejus perpetuas ambages sequeremur; sed contra, ut ~~fluctuantem~~ ~~vagantis~~ disseminatæ doctrinæ fragmenta ad brevissimum compendium premeremus. Primo quærere summatim curabimus qua ratione Epicureorum sectam de vita beata confutet Annæus, quam ~~peculiarem~~ singularem de ea constituat doctrinam; ad quod accedet sui ipsius patrocinium, vitæque non omnino cum doctrina consonantis. Secundo nobis ~~judicandum~~ utrumque quærendum proponemus ~~+ quid contra Annæum objici possit~~ ~~quid nobis deesse hujus de~~ ~~peccet Stoicorum~~ ~~qu~~ ~~nunc hujus doctrinæ severitatem amplecti debeat philosophia moralis~~ ~~et peculiariter Annæi philosophia moralis~~; ~~quid potissimum contra hujus de ea re~~ ~~doctrinam objici possit~~; ~~atque~~ et nunc Annæus ~~dicientium~~ incusantium ipsius vitam ~~vivendi genus~~ argumenta datis plane discutiat. Ex quibus breviter expositis ~~de~~ quid nobis placeat ~~de beata vita de ea quæstione~~ ~~potissimum placeat~~ dicendo concludemus.

de ~~ea quæstione~~ doctrina ~~consonantis~~ quærendæ felicitatis via

---

+ ~~quanti hæc quid nobis de doctrina proponemus~~ Secundo ~~ind~~ statuemus ~~nobis~~ quidti ~~sit~~ de ea ~~hæc~~ doctrina moralis ~~estimanda sit~~, censendum esse nobis videatur; quid Stoicis ad hanc enodandam quæstionem omnino defuerit; quid peculiariter Annæo.

Pars prior

Nemo non ad beate vivendum enixe tendit; dum autem omnes ad hoc unum et idem conspirant, eos per varium iter grassantes videre est, nec est quod mireris si tam pauci tantis viarum erroribus implexi ad optatum finem perveniant. Quod si aurem humani generis voci admoveas, lamenta undique accipies aut felicitatem rogantium, aut ea temere petita nec reperta gementium, Deum et fortunam incusantium, philosophiae aut religioni diras imprecantium quae vota fefellerit et nimis credulos promissorum mendaciis deceperit. In eo strepitu tantoque precum et lamentorum tumultu, quid inferendum est, nisi fere universum dolere hominum genus nec nisi paucissimos usquam inveniri posse, qui contenti et felices composita bene mente vivant. Jamdudum enim poetae aeque et philosophi personantes omni aetate hominum gemitus exceperunt, exceptosque seu carmini seu doctrinae tradiderunt; ita ut nihil tritum magis sit, et frequentius usurpatum aut perpetuo illo et quasi furioso ad felicitatem humani generis concursu, aut spe indesinenter decepta, aeternaque infelicium querela.

Quo vergamus, quibusque viis felicitatem ~~quaerere~~ deceat omni aetate inter homines sapientiam professos contentiose disputatum est, et quaecumque ~~se~~ in magno illo humani generis theatro se obtulit doctrina, et spes novas de

se dedit, et novam beate vivendi rationem definiendam suscepit. Quoties jam hanc quaestionem versaverunt hominum ingenia! Quis enim et philosophorum instituta et sapientum mire inventa ~~recenseat~~ numeret! Ecquis de beata vita doctrinarum varietatem non miretur ab aetate Varronis illius qui jam fere trecentas recensuit! Si praesenti in aetate circumspicias, certe de ea re non magis apud nos quam apud antiquas philosophorum sectas consentire videtur. Ubi quid fixum et instabile et inconcussum invenias? Qua in doctrina solidius quam in fluctu, felicitatis tuae fundamentum jacias? Ubique enim circulatorias artes et mirabilia medicamenta jactitant multi, ~~qui~~ uno libro humani generis totius sanitatem includentes ~~professi~~, magnoque clamore et studio petentes ut in societate ~~hum~~ tanquam in anima vili ~~mirabilis~~ mirificae sapientiae experimentum facere liceat. Quid autem, precor, quid fit ~~ex tantae scientiae~~ prodigiis, tam ex multorum aut librorum aut orationibus prodigiis, nisi ob ipsam promissorum magnificentiam saevior omnium infelicitas!

Ut autem et praesentis et futuri temporis curam omittamus, nosque a nimiis recentioribusque nostrae aetatis studiis ~~subducamus~~ amoveamus,

Ce persiflage est bien amer dans les circonstances présentes

Nostrum ad veteres philosophos referamus animum quorum in doctrinis ne erremus nos praemuniet seculorum experientia, historiaque, humanae vitae magistra, et ille communis sensus, veritatis arbiter et judex.

Non nobis in mentem venit omnia quae de vita beata tradiderit antiquitas percurrere, aut apud Platonem, Aristotelemve aut Academicos, qui infinitus foret labor, sed ea tantum quae ~~senserit~~ de hac re senserit annaeus, aut ex Stoicorum praeceptis hausta, aut ex intima sui opinione. Quippe nemo ~~non~~ ex antiquis philosophis in ea quaestione constantius elaboravit.

Stoicus est ~~enim~~ Seneca, non autem ex istiusmodi Stoicis qui se ita magistrorum doctrina circumscribant ut nefas arbitrentur ab iis aliqua parte dissidere. ~~Libra~~ Libertatis tuendae egregius defensor, liberam opinionem ~~servat~~ ~~tuetur~~ profitetur sibique ~~sibi~~ totum vindicat. Nullius mancipii est, sui est. Stoicorum doctrinam maxima parte amplectitur, non utpote ~~Stoicam~~ quae stoica sit, sed veritati proxima. Est et illi quoque censendi jus (de vita beata III) (v.d. ep. XXI, XXXIII – de otio sapientis XXX) nullo modo legem hanc sibi indixit ut nihil contra dictum Zenonis Chrysippive committeret; cum iis ~~eos~~ potissimum suffragatur quia res ipsae ~~patiuntur~~ ~~illum~~ ita suffragari patiuntur. Non autem, quum se dabit occasio ~~ullo modo~~ vel Platonis, vel Aristotelis, ipsius que Epicuri opinionem aspernabitur aut negliget

„Quod fieri in senatu solet, inquit, faciendum ego in philosophia
„quoque existimo; quum censuit aliquis quod ex parte mihi
„placeat, jubeo illum dividere sententiam, et sequar pro eo
„quod probo." ~~[illegible]~~ Hanc imaginem philosophiae
cum curia collatae frequenter usurpat annaeus, quum sibi liberae
jus opinionis vindicat. „Si quis unius sententiam semper
„sequitur, non id curiae, sed jam factionis est."

In nulla ~~re~~ alia re magis se ostendit illa propriae
opinionis, nemini mancipata, libertas, quam quum de Epicuro
incidit sermo. Aeternum hostem certe non in sua castra ~~amicitiam~~ venire
patitur annaeus, nec ullo modo doctrinae ejus parcendum censet. Ita
~~igitur~~ cum Epicuro rem agit ~~pugnat~~, ut etsi acerrime contra eum pugnet
non in adversarium ~~[illegible]~~ asperioribus verbis unquam invehatur, sed contra justitiamque,
~~et~~ dicendique moderationem vel in praelio, quodque difficilius est in
victoria servet. ~~De qua [illegible]~~ Quomodo hostilem sectam
confutet paucis verbis prius dicendum ~~esse~~ nobis visum est quam proprium et singulorem
de beate vivendo annaei opinionem exponamus.

Non haec summi boni quaestio ~~divis~~ ab Epicuro
divisa est quam ~~apud Philebum~~ industrie à Platone discissam reperimus ~~diviserat Plato~~.
Quippe Plato ~~[illegible]~~ cum mira ingenii sagacitate in Philebi ~~hoc~~ dialogo
ostendit utramque rem esse ~~ad definiendum~~ ad definiendum
summum bonum necessariam, quod nec ratione, nec
voluptate omnino constat, sed ~~et rationis et voluptatis~~ in quo
constituendo et ratio et voluptas ~~aequo jure~~ aeque interveniat oportet: Ita ut
~~h~~ apud Philebum jam confutatae ~~jam~~ reperiantur ~~h~~ duae illae inter se

Repugnantes doctrinae de quibus tam acriter olim disputandum esset, Epicureorum nempe et Stoicorum. Quae ex utraque re unam sibi vindicavit Epicurus voluptatem in qua beatae vitae fundamenta jaceret, ad adsciscendam voluptatem, reprobandumque dolorem omnem referret vitam, si beate agatur: quam infelicem fore asserit, si quis ad aliud tendat quam ad hunc bonorum et finem, in voluptatem et dolorem positum.

Non circa eam confutandam doctrinam, quam primum notissima sit et in aperto, quamque excellentissime jam apud bullivos in secundo de finibus bonorum libro eam confutatam habeamus. Id solum nobis quaerendum est quid proprium in eam argumentative attulerit Annaeus.

Nunquam Epicureos ex professo sibi refellendos proponit. Qui enim scribendi rationem noverit, non fallit quam temere et scribentem cum Seneca assueverit. Qui enim Senecae lectioni paululum consueverit, non eum fallet quam temere quamque materiam aggrediatur, aut obliviscatur, aut rursus repetat, repetitam brevi relicturum. Non est certe quod in operibus ejus aut statutum ordinem aut partium inter se connexarum coherentiam desideret. Quamque enim sibi tractandum aliquid proponit, de illo scribit, se facilis ingenii fortunae credens, nullomodo rationi consulens aut diu meditatum ordinem observans, de quaque re, ut fors dederit, scribere videtur, nullomodo se meditatae scribendi rationi aut regulae submittens; eum animo se facilis ingenii fortunae credere dicat.

5/ Unde ~~facillime~~ explanari ~~inferri~~ potest ~~nusquam in hujus operibus~~ cur nusquam apud suos ~~in hujus operibus~~, sicut est apud Bullium, ~~invenitur~~ inveniatur perfecta et completa Epicureorum confutatio. Quae in senecae operibus dissipata vagata ingeniosa quidem et solera; at certe nec ~~aculeos~~ non estubus nec nervos habet quos eadem ~~apud~~ Bullium argumentatio, in unum librum ~~opus~~ mire cohaerentem contracta. ~~Quum~~ ~~apud senecam~~, ~~non sunt praelia sunt velitationes~~. Haud ~~est~~ occasionem dimittit annaeus, si quae se obtulerit Epicureos pungendi ~~refellendi~~; nunquam ~~non~~ autem eum cum hoste tota acie congredi videas. Sunt velitationes, non praelia.

Ad haec praecipua argumenta ~~redigere~~ ~~redigi~~ contra Epicureos ~~senecae~~ ratiocinationem ~~rationem~~ qua sepissime usus est seneca redigi posse credimus:

1° adeo non est extremum boni voluptas, ut nullo modo sibi sufficere ~~possit~~ queat. aliarum rerum indiget; quumque earum indigeat, nec in se quod satis sit habeat, manifestum est aliquid in ea tum cum esse et imperfectum quo fit ut ~~nullo~~ sibi necessario contradicat qui in voluptate finem bonorum ponat. Ibi enim non ~~pot~~ summum bonum esse potest, ubi desiderio locus sit. Quod certe in voluptate evenit. Nam si ~~bon~~ summum bonum in voluptate constet, quum a sensibus voluptates percipiantur, inde fit ut summum bonum sensibile sit, non intelligibile (lettr 124.) In quo infertur in sensu, non in ratione ponendum esse boni mensuram. Videas autem ne sensibus vitae tuae arbitrium permittas; quos nulla non delectat, nulla non invitat voluptas; quos si sequaris, boni ac mali summos judices, gulae et libidini tu addiceris, ~~voluptate~~ in voluptatem perditus rues, deliciisque obrutus et hebetatus morieris. Quod quidem minime Epicureis placet. Cur autem hoc displicet, si voluptati ~~sola~~ unice consulas

Cujus arbitrium penes sensum est? ~~in sensu totum arbitrium est~~? Rationem admittit Epicurus voluptatis moderatricem. Quo autem ~~vero~~ jure? quid ~~inter~~ est voluptati cum ratione commune? Non igitur ~~idcirco~~ sufficiunt sensus; non igitur ~~idcirco~~ ~~vel~~ sibi ipsi regula est et lex voluptas, quae regulam et legem extrinsecus accipit? O mirum sane bonum quod sic claudicet! o mira felicitas quae se ~~sic~~ moderari debeat, ne in stilidissimam asotorum miseriam incidat!

Quum vix finem bonorum constituerint Epicurei, jam sibi contradicunt. Qui dicunt jucunde vivendum esse, nec tamen inhoneste. Quid amplius? non posse jucunde vivi, nisi ~~honest~~ simul et honeste. (de vita beata, VI et X) Est igitur in hac mirabili doctrina summum bonum, in voluptate ~~sedule~~ constitutum, in ~~voluptate positum~~, et quidquam petendum est insuper? Qui summum bonum habet, non totum bonum habebit? ~~Et honesti~~ Cum voluptate honesti societas facienda est? Hic maximum Epicureae ~~vitium~~ doctrinae vitium deprehendimus. nam si summum bonum in voluptate ponitur, qui ~~cum~~ illud temperet idcirco minuat, nec jam summum bonum esse potest haec ita temperata voluptas. „temperantia istius ~~tui~~ boni injuria est.“ (X. de vit.). Alioquin unde illud honestum deducit Epicurus? quomodo bonum esse potest illud honestum quod non est per se jucundum, ~~quum nihil sit extra~~ ~~boni~~ ~~jucundum~~ quod se jucundo adjicit, non autem pars est jucundi? Scilicet vel invita schola dominatur veritas; invita voluptate regnat virtus; repugnante sensu regnat ratio. Haud impune quidem honesti splendorem obscurare tentaverunt philosophi; quem agnoscere negatum coguntur, ad quem derelictum reverti: Adeo per se stat immota ratio quae ad se ipsos adversantes revocat, errantes convertit.

2° persiflage sur stoïciens. 3° comparaison de la vertu et de la volupté.

Indignatur se cum virtute agit ut quasi famulatrix intervenit | 3° aliquid deest his qui voluptate carent

6/

« male triumphum agis, dicet aliquis, qui nihil credas aliquid supra voluptatem esse : quum autem nos edocuerit experientia, nimio plus habere voluptatem, nimiaque sensuum titillatione defatigari et laborare hominem, delicias moderate utendum esse putemus, quo et longiores et uberiores utamur. Non male nos incusas : quibus dicis temperantiam adhibentibus nimium bonum ; scientiam fruendi praecipimus, vitae ducem suademus dolorem qui nimiae voluptati proximus est, virtutem idcirco invocamus, voluptati eandem, ut ita ut antea ei famulet quae gubernante et dividit voluptas et contemptior sit.

Indignatur Seneca, laudatis cum sinceritate quod ita cum honestate agatur, quasi voluptatis ancilla et famulatrix. quid ergo virtus sane aliquem locum habet ; quale autem ille sit locus videamus : admittunt rationem, sed tanquam voluptatis ancillam et famulatricem ! o egregium apud vos virtutis apud vos officium, voluptates praegustare ! » [de vit. XI] alioquin, quale est summum illud bonum cui custode opus est, ut sit bonum ? Ingerat nunc mihi virtutem quae hoc vili officio fungatur, non pertesa tereat. Desinendum est igitur inconvenientia jungere : nulla est honesti et jucundi societas ; quum si facias, haec statim sub jugum mittes, id quod [illud] damnatis plebis. [illis] animum perit virtus quae non ad se scientiam refert.

55 v°

Aliud argumentum [lettre LXXIV] transcendo proponit Seneca, non autem animo evolvit et explicat quum quae ad Deum Deique vitam pertinent de quibus [maxime] haesitare [semper] videtur [haesitandi] et [saepe] loqui. Epicurei quum Epicurei in voluptate bonum ponant, sensu voluptatem, Dii immortales felicitate interdicant qui [nihil] voluptate frui possint, quum sensu [ii] carent, hoc autem argumentum [famem] Epicureis [videretur] qui [nimium] de Deo curant, nec certe cum reliqua Senecae doctrina [congruit], qui [et] quid nihil aliud ut deus videtur quam vis universa naturae, nisi quum illi magnifico nomine opus est [ad] clamatis [fiat].

III – Hoc gravius objicitur, quod extra hominem, Epicurei ~~non intra~~ felicitatem ponant, unde ~~ex qua~~ fit, ut fortunae tota sit arbitrio data. Non enim intra nos continetur voluptas, quae istorum bonorum indiget, nullo modo ex nostra libertate pendentium, nempe ~~libi~~ foeminarum, lautitiae, luxus, opum, totiusque illius apparatus ad fruendam voluptatem utilissimi. ~~Inde q~~ Ubi autem nos multum fortuitis dederimus, quantam nobis materiam miseriae (lettre 74) et perturbationis fecerimus! Quis repentinus ~~favet~~ pavor! Quis aeternus tremor ad omnem fortunae concussum! Quae sollicitudo in expectandis, quae maestitia in amissis bonis! Hanc autem vitam tantis, tamque violentis affectibus exagitatam, hanc ~~nempe~~ nempe beatam dices? In miseriam te injicies, ubi aliquidquam boni praeter virtutem aestimaveris, nempe ~~IV~~ adversus minas omnes casuum concides, nec unquam animum potentem sui et placidum servabis, quod est infelicitatis extremum.

IV – ~~Ea~~ est ~~per se potens est veritatis~~ ~~vis~~ honesti et veri potentia ut Epicurus ipse, quanquam ~~ex~~ falsis à principiis profectus, ~~sani ingenii et bonae mentis~~ ad recta et sana praecipienda ducatur. Rem sane mirabilem! Quum enim in constituenda doctrina, ~~multum~~ tantum voluptati dederit, si eum alterius sequaris, vitam consiliis regentem, ~~eum~~ certe miraberis, austera et tristia praecipientem, stoicae doctrinae haud dissimillima. Quippe sagax ingenium facile vidit e sensus titillatione falsam ~~nasci~~ oriri voluptatem, dolori similiorem et proximam, eamque moderatissime persequendam praecepit, ne ~~quo~~ majus ex impetrata voluptate nasceretur malum. Quippe ~~[illegible]~~ etiam vidit saevissime in vitam humanam furere cupiditates, ex quibus nisi frenum injicies, omne malorum genus, exitiumque et desperatio, et delirium surgant. ~~Q~~ qui igitur, ~~non~~ beatus esse volet, parcet cupiditatibus ne gravissime laboret. ~~quidiade~~ Superest ut Epicuro fatente, summa ~~voluptas~~ felicitas sit

7 Vitare dolorem, summa industria finire cupiditates. Quod certe non est veritati dissimillimum, nec Senecam pudebit egregia Epicuri dicta saepissime commemorandi (Lettres 16-17. 21. 23. 24. de vit. B. passim) eoque libentius quod, sub falso voluptatis nomine, haec ~~erunt~~ improvisa et inexspectata se nobis ~~offerant~~ offerant. Nec deest ~~aut~~ Epicurum laudaturo, aut occasio, aut justitia. Annaeo placet ~~Nunc placere~~ ~~dicas~~, inimicum maximos honores conferre; si autem animadverteris, quum Epicurum laudat, non jam illum tanquam voluptariae sed contra severissimae vitae patronum et defensorem in aperto ponit. Ita ut nunquam ~~mag~~ pulchriorem de Epicurea doctrina triumphum agat, quam quum laudibus Epicurum effert.

Ego autem erga Epicurum moderatior, eo in falsos illos Epicuri sectatores asperioribus verbis invehitur qui ~~sibi quasi~~ vitiorum velamentum ~~in ejus doctrina~~ se habituros ~~esse~~ sperant si hujus nomen et doctrinam prae se gerant. ~~His enim~~ quippe Abiis philosophia invocatur, ~~cujus~~ qua auspice non sapienter, sed libidinose vivant. Epicuream sequi doctrinam profitentur, qui vitio et corpori serviunt. (De vita B. XII et Epist. XXI) Eos persequitur ~~multo sale defricat~~ annaeus, Nomentanos et Apicii, ~~non~~ gulae inservientium, non Epicuri sancta et tristia praecipientis discipulos. ~~Non secta est, sed grex~~ ~~philos~~ minime quidem philosophos sed ~~libidinosos~~ asotos dicas, non sectam, sed gregem.

Hoc Epicuro nihilominus ~~autem~~ ~~Epicureae~~ ~~doctrinae~~ vitio tribuendum est, quod ~~titulo~~ talem titulum ~~scholae~~ doctrinae inscripserit. Quae certe non ~~est~~ lib, ut apud plerosque audit, libidinum magistra est, sed mala spe malos invitat, et, quamvis ipsa flagitiis omnino repugnet, cupiditatibus ~~patrocinari videtur~~ improbaeque vitae patrocinari videtur. Quod satis est, ut ~~ejus~~ ea omnino damnetur. ~~doctrina~~ nil tale ~~nec~~ ~~est~~ in virtute evenit in qua et tutum ante erit vestigium, nec ullum sub umbra philosophiae exercebitur vitium.

~~Nullo~~ Quid ex hac ratiocinatione inferendum, nisi ab Epicureis male intelligi, male definiri beate vivendi rationem eosque felicitatis fundamenta in voluptate, tanquam in aqua, ~~[illegible]~~ posuisse? nullomodo beatum esse quisquam potest ~~Epicurei~~ si ~~secundum~~ Epicureae doctrinae fidelem se praestare velit, qui nil nisi voluptatis instrumentum in virtute quaeret, honeste ad id tantummodo vivet, ut jucunde, nec quidquam curabit nisi de adsciscenda voluptate, vitando dolore, totusque ex fortunae arbitrio pendebit quemodo ~~hac~~ falsa bona huic utenda commodo modo subducet, miserumque vicissim et spei delirio, et metu, et desiderio exagitabit. Quod ~~quis~~ si quis vitare velit, Epicuri exemplum sequebatur qui ~~nullomodo~~ minime voluptati morem gerat, voluptatis patronus?

Tunc demum veram et inconcussam felicitatem invenies si unice honestum petas, quidquid honestum est, nihil ultra. Haec est sola felicitas; haec est unice beata, quae tota ~~quaere~~ in honesto se circumscribat vita. Omne bonum habet illa quo honestum possidetur nihil extra ~~[illegible]~~ petendum est, nisi miserrime errare velis. Quid sit honestum, quomodo a Seneca demonstretur hoc solum esse bonum, quod honestum sit, ex ~~ponendum~~ nunc nobis ~~superest~~ est exponendum.

Quod summum bonum in voluptate Epicurus, id in virtute ponit Seneca. Quam beate vivendi rationem in jucundo collocat Epicurus, eam in honesto ~~[illegible]~~ noster. Jam illud in prioribus argumentis et praesensum et quasi paratum habemus. Hoc nobis tantummodo superest ut ~~conclu~~ Epicuro confutato, aliquid cum Seneca concludamus, quod certe nihil improvisi habebit.

Certe ~~[illegible]~~ apud Senecam aut ~~constituendo~~ bonorum fini ~~deest materia~~ aut definiendo honesto nam deest materia, imo superfluit. Nobis tamen haud mediocris labor fuit disseminata argumenta in unum premere eaque in doctrinale corpus redacta exponere. Quippe mobile ingenium

8 Sepissime eadem retractat, nullo autem ~~argumentation~~ ordine, ad caput argumentationis sepissime revertens, omniaque a principio ~~cum~~ repetens, quasi seu in quoque opusculo, seu quaque epistola doctrinae summam includere ~~vellet~~ velit. Nec principia, nec argumenta mutat, formam autem et speciem sub quibus ea exponat. Quaequanquam ita sunt ~~ad aliquid fixa et constantia~~ ~~omnem~~ specie ~~diversissima~~, et loco diversissima, ea tamen ~~ita contraximus~~ summatim contraximus.

~~Honestum~~ Ut beate vivatur, honeste vivendum est. Quid igitur honestum? Honestum est quidquam quod tale est, ut sine ullis praemiis fructibusve, ~~aut utilitate~~ detracta omni aut utilitate aut voluptate per se petatur. ~~ipsum regit hominem~~ ~~eumque bonum fingat et moderetur~~. Unde veniat, ~~non~~ inter philosophos minime consentit: ~~de autem~~ Hujus autem et de origine et de natura stoicae disciplinae se fidelem praestat annuens. Honestum ~~est~~ quo ~~regenda~~ informanda est hominis vita, in eo positum est quod convenit naturae. Honeste vivit, qui secundum naturam. Quid est autem convenienter naturae suae vivere? Quaenam est hominis natura? Num homo corpore excellit, corporisque dotibus? Tum bestiae antecellunt quae ~~et homine~~ ~~formiscores~~ ~~pulchriores~~ sunt, et plus roboris, et plus agilitatis ~~habent~~, quas et pulchrior forma ~~sensuumque excellentia~~ ~~cum~~ et ~~quas~~ sensuum excellentia commendat. Quid igitur est homini ita proprium, ut nullo cum animali commune habeat? Quid, nisi ratio? Ergo propria homini natura est ratio. Idem est igitur illud sub triplici specie, aut honeste vivere, aut convenienter naturae, aut secundum rationem. Superest ut quae sit perfecta ratio ~~rationem~~ definiamus: quae tum ~~nulla alia est nisi~~ tum ~~demum est~~ quam animus est sui potens, ~~liberaque~~ nulli obnoxia voluntas, parata ad omnia libertas, libertas ea ~~demum est~~ quae omnia accipiat, et quidquid evenerit ferens, ~~stabit~~ stet immota: "non patiens tantum, sed etiam volens." (~~Lettre CXVIII~~ — ~~Hominis bonum quod est in homine~~ Lettre 118. 124. de vit. beata, 14-15 &c)

Honesti speciem habemus; superest ut demonstretur ad id referri

Summum bonum, ~~inqu~~ eoque non solum satis esse ut beate vivatur sed nihil ultra, nihil extra esse quidquam quod bonum nuncupari, aut ~~quod aliq~~ ~~qu~~ ~~aliquid~~ ad beatam vitam conferre possit.

Qui honeste vivet, animum sui potentem servabit, liberum, erectum, alia sibi subjicientem, nemini obnoxium. ~~Idem~~ Qui ita honestam vitam, idem beatissimam aget. In hac servata libertate adversus omnes minas aut casus, et ~~suprema~~ summa honestas ~~extremum~~, et summa felicitas, uno verbo summum bonum continetur. ad id redigi possunt ~~varie~~ quas varias de beata vita ~~definition~~ proposuit Annaeus definitiones: "Beata est vita, conveniens naturae suae; quae non aliter contingere potest, quam si primum sana mens est, deinde, si fortis ac vehemens apta temporibus .. Idem utique erit ~~summum bonum~~, si dixero: summum bonum est, animus fortitudo despiciens, virtute laetus, aut invicta vis animi .. Beatum dicemus hominem cui nullum bonum malumque sit nisi bonus malusque animus, honesti cultor, virtute contentus .. quid prohibet nos beatam vitam dicere, liberum animum, et erectum, et interritum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum? Hunc ita fundatum sequetur hilaritas continua, et laetitia alta atque ex alto veniens, ut quae suis gaudeat .. Quo die infra voluptatem fuerit, et infra dolorem erit." (l. Vit. b. III, IV, & Epist. passim)

Quomodo autem in unum confundi potest et beate et honeste vivere? In hanc syllogismi formam totam senecae argumentationem contrahi posse credimus:

~~Nisi in summo~~ Beatus est qui in summo bono; atqui in summo bono est qui in virtute; beatus est igitur qui virtutem habet.

~~Summum~~ Hoc igitur tantummodo demonstrandum est, summum bonum esse in sola virtute; nemo enim negabit beatum esse quemquam, qui sit in summo bono.

~~Non tantum~~ ~~subtilissimum Annaei ingenium hoc duo~~ ~~distinxit~~ Ne quid commune ~~ipsius~~ haberet ~~doctrina~~ seu cum Xenocratis et Speusippi, seu cum Epicuri doctrina ~~in vengo~~ subtilissime hoc duo distinxit Annaeus: unum bonum esse, quod honestum et ad vitam beatam satis esse virtutem. "Haec duo, quae separatim probanda sunt

9/ 15 ne misceamus... Nam si unum bonum est, quod honestum, omnes concedunt ad beate vivendum sufficere virtutem: è contrario non remittetis, si beatum sola virtus facit, unum bonum esse quod honestum... (epist. 85) Quod quidem ~~admissum seu ad remissionem~~ ni caveas, ad remissionem Xenocratis Epicurive disciplinam facile inclinetis. Hoc igitur probabit annuens, non illud tantum, remissum nimis et laxum, ad beate vivendum sufficere virtutem, sed ~~illud~~ id, quo prius continetur, id demum, unum bonum esse quod honestum.

Bonum esse quod honestum sit, nunquam in litem venit, ~~vel~~ ne apud voluptarios quidem ~~a Aristippi quidem schola~~. ~~aut apud Epicuri fervidissimos sectatores~~: inter omnes enim convenit ~~bonum nihil in se ac boni habere honestum, nihil praeter bonum~~ nihil aliquid boni in honesto esse ~~nisi~~ bonum, nec quidquam in ~~virtute~~ eo mali ~~esse~~: Quod quidem propositum approbarent ~~ipsi~~ ~~videntur~~ Epicuri fervidissimi sectatores. Bonum est igitur per se quod honestum est: à nemine hoc disputatur.

Hic autem incipiunt dissidere philosophi, quando ad illud probandum pervenimus, hoc ~~solum~~ unice bonum esse quod honestum sit, aut nihil boni habere quidquam quod praeter honestum sit. Epicurei quidem cum nobis deo suffragantur, rempe arctissimam fieri boni et honesti societatem: non autem ~~cum Epicureis~~ nobis de isto ~~suffragantur~~, rempe totum bonum intra honesti limites contineri, nihil extra esse. De quibus litem cum Stoicis faciunt. (1° Voyez. mort bons mais honestum 2° Peña est. sans mineros habet. + si c'étaient des biens. ils mangeraient à la vertu)

Bonum ex honesto fluit. Id quidquid non ex honesto fluit, id nullo modo ~~ne quidquam~~ bonum est. Haec sunt falsa et adultera bona, haec sunt quae ~~sol~~ vana opinio ~~bona~~ constituat, quaecunque bona nuncupantur, nec tamen ex honesto originem capiunt.

Quid enim? nisi ~~hoc~~ ita esset, si ~~quidquam~~ vere et sincere bona ~~haberent~~ haec omnia essent, quid inde fieret? Per se bonos facerent à quibus possidentur: et certe defutura semper aliquid foret iis, ~~vel bonis qui carent~~ vel probissimis qui carent. Ex hoc utroque, nil evenit,

~~Certe~~ Nomentanum et Apicium in voluptatibus esse dices; non autem idcirco bonos. Non sunt igitur inter bona aestimanda, iis quibusque perfusi sunt voluptates ~~et commoda~~, quae non prohibent ne ~~male audiant~~ illi ~~assoti~~ asoti male audiant. (De vit. beat. (XI)) ~~Ergo~~ At contra sapientem pone qui voluptate omnino careat. Certe non haec voluptatum vacatio ~~vacuitas~~ obstabit quominus ut eum bonum et optimum dicas. Per se igitur bonos facit virtus quos nullo modo voluptas. Ergo voluptas virtutis indiget, ut bonum constituat; non virtus ~~mini~~ voluptatis. ~~Bonum~~ Maximum bonum est cum virtute; nullum sine virtute. Bonum igitur societate honesti fit, si abest honestum, abest et bonum. Quid inde inferendum est nisi in virtute summum esse bonum, quum et qui ea caret, malus, et qui ea fruitur perfectus esse dicatur, vel si abest voluptas?

At aliquis: Bonum est honestum, non autem omnino summum. Quod constituendum conferunt et voluptas et virtus. Beatior erit qui cum virtute voluptatem jungit, quam qui omni et voluptate et commodo carebit.

Minime quidem. Non est ~~nesquam~~ divisa aut dimidiata ~~volup~~ felicitas tota est, et absoluta; non se scindit se omnino fruendam sapienti dat; ~~post~~ beatus est qui honestus: perfecte beatus qui beatus. Vi numeros suos habet; plena est et perfecta; quid deest ii qui se animumque et virtutem possidet? Bonum ex honesto fluit. Qui honeste vivit, boni fontem omnino occupat. „Quid ergo ~~inquit~~, dicet aliquis, sapiens non est beatior qui diutius vixit quem nullus avocavit dolor, quam ille cum mala fortuna semper luctatus est? Responde mihi: Numquid et melior et honestior? Si haec non sunt, ne beatior quidem est. Rectius vivere oportet, ut beatius vivat: si rectius non potest, ne beatius quidem. Ita ut quae ~~honeste agatur, ne beata vita~~, ne beate, id est h

10/16 Agitur vita, nec incrementum accipere ~~aliquid~~ ne ~~augmentum~~ damnum pati possit, praesentibus aut absentibus commodis quae nihil sunt. Nihil est animi ultra quod perfectum est. Perfecta virtute perficitur beata vita. (lettr 92. 74 – de vit. beat. XVI)

De proprio laetatur ~~qui~~ de suo gaudet, ~~non de alienis~~ Qui ~~hanc~~ ita ~~ita~~ vivit: quumque nulli aestimanda sit ~~nulla sit~~ ea felicitas quae ad omnem fortunae ictum tremat, ~~quum nulla sit ea felicitas~~ quae non aeterna futura sit, et subito labi queat, sequitur ut ille unice beatus esse possit, qui intra se est, ~~in se totam fe~~ totum contineat, libertatemque integram servet, et immotam futuri securitatem. Caduca sunt et in diem tantummodo quae censet vulgus bona: aeterna autem, et inexpugnabilia, quae ~~petat~~ in se et petat et inveniat sapiens. Haec falsa bona, cupiditates sollicitant, animum ~~provocant~~, ad exteriora trahunt ~~provocant~~, hominemque totum fortunae mancipant. (ep. 98. 85) Quae quam fragilis sit talis felicitas, facile aestimabis, si animadverteris eam, ut venit, uno momento sic abire posse, reditu novo nos rursus decepturam. ~~Nudumque et~~ Quod autem erit illius infortunium qui infestissimis animi morbis ~~morbis animi~~ laborabit, cupiditatibus obnoxius! nec jam ulla quies, irrequieta sollicitudo, indesinenter ad futura tremens animus. Nil tale in sapiente cujus non fit Dunina fortuna, sed unice libertas: "qui sic liberos et conjugem atque patrimonium habeat, ~~non~~ tanquam non utique semper habituros, et tanquam non futurus ob hoc miserior, si habere desierit." (lett 98) Facetum hoc quidem dicitur temperandos esse in sapiente affectus, non funditus delendos (85) Quod ~~vera sit~~ nequaquam tolerandum Senecae videtur, finiendas cupiditates, non extrahendas. Ergo

et libidinosus erit sed finite, et avarus, sed cum modo et fine? ō facetiosam sapientiam professi qui commendant mediocritatem vitiorum, ne dum interitum pravitatis! ~~Vere sapiens~~ Nam se in procellosum mare e tuto praeceps dabit sapiens; non hunc beatae virtutis portum deseret, naufragium ~~inter scopulos~~ quaesiturus, nec vela dabit fortunae vento quae navem in scopulos allidat. ~~Sed~~ Sequum est perfecte beatus, libertatis campos, animi potens, totum in se contrahens, non hoc committet ut inaestimabilia bona caducis et fragilibus mutet. (ad id redigi possit (citatione de Seneca)

Haec est austera imago ~~et tristis~~ ~~fe~~ stoicae felicitatis quam Annaeus nobis pictam exposuit imaginem. ~~Nec~~ Quamdiu in principiis moratur et in Doctrina constituenda sistit, Zenoni et Cleanthi simillimus, omninoque stoicus, tristissimam frontis severitatem gerit, qua certe potius ~~terr~~ infirmos terret quam bonos invitat. Ad quam stabiliendam morum disciplinam usitatissima et morosissima ~~sep~~ semper eadem redeunt exempla et Buberonis, et Fabricii opes contemnentium, fictilibus ~~utent~~ utentium, et Mucii ignem vincentis, crucem Reguli, cicutam Socratis, exilium Rutilii, mortem ferro adactam Catonis. Quae certe potius admirationem excitant quam aemulandi cupiditatem. Hic apud stoicos beatissimus, nec quidquam cupit, nec ~~q~~ timet, nec quemquam amat, ~~nisi senectutem~~ aut paret, annesque tanquam vanas humanae vitae formidines spernet, et injurias et morbos, et vasorum minas membrorum lacerationes inter lympathicos nexus miserabit, immotus quippe, si fractus illabatur orbis totus tuendae et libertati et rationi insigilans, quae perit, si de alienis bonis ~~curat~~, fortunaeque experimentis curat.

17 Hæc magnifica quidem; videamus autem quanquam nimia, quoque hominem ambitiosa se ad imum fidelem præstet Annæus. Quum tam magna in constituenda beate vivendi ratione ille profiteatur, quid, quum ad usum vitæ ~~descendat~~, et ad præceptorum familiaritatem descendet? Quid tandem, si philosophi ad peculiarem vitam respexerit? ~~Mut.~~ ~~Quasi in theatro, scenam mutavisse credas; demitur stoici heroici persona, redditur sua redditur facies, heroica minus, hominis similior.~~

Dicas Senecam, quum disciplinæ suæ fundamenta ponit, ~~[illegible]~~ Zenoni et Cleanthi propius se applicare, ne solus duce aliquo ~~destitutus~~, et adminiculo destitutus cadat. ~~Quum~~ Ubi autem ~~vitam consiliis regit~~, ~~doct~~ et a generali doctrina transit ad disciplinam morum consiliis minutatim regendam, ~~pervenit~~ tum quasi in theatro scenam mutavisse credas; demitur stoici heroici persona: sua ~~hom~~ Annæo redditur facies, heroica minus, hominis similior.

~~Uterque~~ Dum enim ~~mere stoicus~~ sæpissime, Zenonis vere discipulus, mere stoicus, sapienti ~~non~~ libidinibus dico, sed anni affectu, ~~omni commodo et voluptate~~ interdicit, eumque ut fortunæ arbitrio ~~imperio~~ liberetur ab omni commodo et voluptate deterrendum putat ~~ne aliquid~~ perfecte felicem fore asserens, si honestus sit, ~~sæpissime~~ aliquando ~~evenit~~ ut ex hac præceptorum severitate ~~non~~ ~~nihil remittit, nec satis~~ interdum tamen evenit ut haud mediocriter se remittat. ~~nec satis~~ hoc ~~cautum habeat~~, quantum sibi contradicat ~~a~~ sibi ~~contradicendi~~ caveat. Stoi~~cum aliquando nimium obliviscitur hominis mensis~~. Quippe in eo ~~et~~ qui tam ~~severe~~ acre cum fortuna et affectu bellum gessit, invenias si velis, et toleratas quasdam cupiditates, et commendatas quasdam affectus ~~eum quoque~~ nec animo rejectas opes. Stoicum enim exuit hominem meminit; ~~Duce sunt doctrinæ~~ at hanc nequicquam ~~tentat~~ hoc sibi demonstrandum proponit se ~~et~~ cum stoico consentire, certe dissidet, nec satis est ingeniose ~~[illegible]~~ disceptare ut inevitabilis declinetur contradictio.

Idem qui ~~radicitus~~ affectus, sicut infestissimus animarum

morbos radicitus extrahendos praecipit (lettre 116), amicitiae patrocinium ferride suscipit (lettre 4, 3, 8). Ecquid autem? Nonne jam Stoicus esse desinit, qui ~~amicos eligendos, et amici animo diligendos~~ suadet ut amici ~~et~~ sedule eligantur, atque animo diligantur? Pendet ex alieno, qui amat; non jam de suo gaudet, qui de amicitia; jam invictam illam animi libertatem sub jugum mittet, qui amicum quaesivit, in cuius partem felicitatis posuit. Quod explanare incassum tentat; nequit dicit se contentum esse sapientem, non hoc ita intelligi patitur, quasi "sapiens undique submoveatur et intra cutem suam cogatur... Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult; si ob nihil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna virtus jaceat." Ergo aliqua est in affectu exercendo virtus? Alioquin, magnifice amicitiam et intelligit et laudat, cui, tunc demum servabit majestatem suam, si illam gratuitam exerceat, nec ob aliud quidquam quam ipsam. (De tranquillitate VII.) ~~Si in~~ Quod si in ea ~~utilitatem spe~~ quaerendae ad utilitatem spectet, negotiaris, non amas. ~~Haec sunt pulcherrima quidem, minime autem Stoica, nisi ex ea parte qua ab Epicureis eam vindicat qui ad calculos et utilitatis rationem revocaverunt.~~

Nec certe satis ~~secum~~ cum Stoicorum ~~[illegible]~~ principiis constare videtur, quum haec de beneficiis lauta et ingeniosa scripserit: quidenim beneficium, nisi ex amore hominum fluit? Quomodo autem hic hominum sincerus amor, haec mutua caritas, cum reliquis praeceptis consentire potest? Ergo aliquid boni habent affectus, nec totum est in ratione? Interdum ad id conatur annaeus, ut eos affectus animo rationi vindicet et tribuat, ex iis quidquid sensibile est amovendo ~~et~~ animique inclinationes vertendo in nescio quid rationale, aut intelligibile ~~quod~~ ~~[illegible]~~ affectus delere vult, deletisque ~~et~~ officiis supplere: Clamat autem natura, ~~philo~~ Stoicamque philosophiam excutit! (Obligations sociales - 31 - de otio)

12 ~~Hac~~ saltem ad ~~autem~~ virtutem propius ~~sunt~~, accedunt, etsi extra virtutem stoicam sint affectus. Quid ~~dicam~~ autem dicam de quibusdam Seneca consiliis ad ~~confirmandam~~ animi tranquillitatem ~~aut~~ adipiscendam sanitatem? Per se ~~vit~~ stoica virtus et ~~virtutem~~ et felicitatem, et perfectam sanitatem efficit. Quorsum igitur hæc spectat oratio qua Seneca, ~~haud Epicureis dissimilis~~, ~~aliq~~ in exterioribus rebus, iisdemque ~~et~~ delicatissimis aut ~~pretendis~~ parvum severis partem felicitatis posuit? ~~Ita~~ an ~~Num~~ hæc sunt stoici aut Epicurei cujusdam præcepta?:

« Indulgendum est animo ... et in ambulationibus apertis vagandum ut cœlo libero et multo spiritu augeat attollatque se animus. » Hæc certe jam mollia sed non indecora; ~~de~~ ~~entissima~~; videamus autem quid ea sequatur: En Senonis discipulus, ~~qui~~ ~~ebrietatem~~ voluptatem interdum tolerandam ~~patro~~ suadet: Cui non displicet convictus et liberalior potio: « nonnunquam et usque ad ebrietatem veniendum, non ut mergat nos, sed ut deprimat. Eluit enim curas, et ab imo animum movet. » Quin imo, ebrietati illustres patronos præstat. « Et Solonem Arcesilaumque indulsisse vino credunt. Catoni ebrietas objecta est; facilius efficiet quisquis objecerit, hoc crimen honestum quam turpem Catonem. ... Aliquando animus in exsultationem libertatemque extrahendus, tristisque sobrietas removenda paulisper. Nam, sive Græco poetæ credimus, « aliquando et insanire jucundum est. » sive Platoni, frustra poeticas fores campos sui pepulit. — Non potest grande aliquid et supra cæteros loqui nisi mota mens... » (de tranquill. XV)

~~Quid igitur~~ Procul abit ~~hæc~~ jejuna ista et sobria

~~Et~~ veterum Stoicorum faces, ~~morositatem et sapientissimam sapientiae tristitiam~~ sapientiam morositate professa, et virtutem quasi atratam et ~~tristissimam~~ lugubrem prae se gerens! Facilem recentiorum Stoicorum sapientiam nec rosae dedecent, nec convictus laetitia, nec potio interdum liberalior, nec ipsa ebrietas, dummodo non in consuetudinem vertatur et quotidiana fiat. Sic praescribit Seneca, Serenum ~~alto~~ consiliis regens. Est certe quod miremur ita a principiis dissidentem ut non cupiditatibus animi ~~modo~~ quae humanae sunt ~~quas deleri vult~~, sed vitiis ipsis et libidini ~~gulae et ventri~~, ~~quae sunt bestiarum~~ interdum; indulgendum censeat, cupiditatum averrimus propugnator.

Hoc autem praesertim a principiis dissentire videtur, nempe sua vivendi ratione. Illud enim jure nostro ~~a nobis~~ quaerendum esse putavimus, sicut accepimus jam in aetate annoi quaesitum, cur minime ~~nam~~ cum severitate doctrinae ~~minime~~ consonuerit morum severitas. Videamus quo perpetuo verborum artificio rem difficillimam excuset, morum et doctrinae discrepantiam. Ibi ~~litis mat~~ In ~~Hoc~~ ~~nostri opusculi articulo litis materiam exponemus tantummodo~~, ~~de qua posterius judicemus, et aliquid inferamus~~. Si Caro

~~Q~~ Si tota sit in honesto felicitas, nec extra eam aliquid sit quod bonum dici queat; si tam sagax ~~est~~ in summo bono definiendo fueris, tam fortis in contemnenda voluptate; si nihil aliud aut opes aut commoda sint nisi virtutis impedimenta, ideoque perfectae felicitati obstent, tibique hoc plane et omnino persuasum sit nihil boni nisi in virtute esse, nec quidquam in se habere aut divitias aut voluptatem quo sapienti commendentur,

Quidni tu nobis haec probas vivendo sicut praecepisti? Nonne igitur times, ne severius loquendo, remissius agendo, sophistae potius quam philosopho similem te praestes? Haud ergo tibi ipsi praescriptis tuis credis, quibus ~~nihil~~ observandis minime invigilas? quum loqueris, Zenonem ~~loqui~~, quum vivis, Epicurum dicam. Cane demum est sapientia quam tantummodo sapientes dictis professi ~~profiteantur~~, moribus ~~diffiteantur~~ diffiteantur ~~recusent~~? Num sapiens est ~~vivit~~ qui aliter loquitur, aliter vivit? Paupertatem laudas divitissimus, virtutem voluptarius; immotam animi fortitudinem, conjugis aut amici morti illacrymaturus; philosophiam in aula; dolorem inter delicias ~~commoda~~, mortem in optima valetudine?

Ad haec et multa alia quae sibi objecta fatetur, quid Seneca? Ingeniose quidem, sed tamen perplexe loquitur, ad subtilitates confugit, non adeo contradictioni dissimiles. Malam causam perorat, dicam etiam, perdit.

